

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad part. 3. Quæst. 9. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

& ex antiquitate, & cursu longi temporis, præsumitur vera, & justificata. Seraph. dec.
1433. n. 4. cætera fuerunt sublata in supra dictis decisionibus, de quibus agitur.
Et ita utraque parte informante. &c.

Ad part. 3. Quæst. 9. Additio.

Conclusionem primam hujus questionis, scilicet quod generalis derogatio pri-
vilegiorum non comprehendat inserta corpori juris, intellige ut procedat,
quando dispository derogans esset talis, que necesse habet expressè derogare
juri communī, qualis est omnis dispository facta per viam rescripti, secus verò si fieret
per viam legis aut constitutionis, hæc enim semper tollit jus commune contrarium, e-
tiam non facta de illo mentione, c. i. & ibi Dicitur de const. in 6. Felin. in c. x. n. 11. deroga-
script. & eadem ratione privilegium posterius fatis derogat priori incompatibili in cor-
pore juris inserto sine aliqua clausula derogatoria. Innoc. in d. c. i. n. 4. de rescript. Felin.
in c. nonnulli n. 9. eod. tit. Bald. in Litem. lapilli n. 8. ff. de rev. d'vis. quamvis lex vel privile-
gium posterius non omnino repugnans priori non tollat ipsum sine speciali deroga-
tione; quo sensu Rota decidit Breve Leonis XI. cogens Patres Societatis ad solven-
dam vigintimam loco decimam de quibusunque terris, non comprehendere nevalia,
etiam in eo adessent clausulae amplissimæ, quia cum in d. Brevi non fieret illa men-
tio nevalium in dispositiva, non poterant clausulae derogatoriae privilegiorum tollere
privilegium exemptionis à decimis nevalium insertum corpori juris, in c. ex parte il. 1.
de desim. vid. Rot. dec. 645. n. 5. par. 3. rec. & fuisse Fagnan. in d. c. nonnulli principiis sub. n.
41. de rescript. ubi eleganter ait: derogationem privilegiorum, quæ potest referri tam
ad inserta quam ad non inserta, potius referri ad non inserta, sed si fiat lex specialis in
materia, in qua adest privilegium in corpore juris clausum, tunc sicut ipsum jus com-
mune, ita & privilegium in jure clausum fatis tollitur generali derogatione.

De vi autem & effectu clausularum derogatoriarum vide latè Gonzal. ad regul.
8. glof. 63. per rot. Cardin. Tischb. conclus. 350. n. 6. lus. C. Rota coram Gregorio dec. 109. n.
10. & in recent. dec. 666. n. 2. & 3 part. I.